



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

CXXXVII. De suffragio Min. Provincialis, & Definitorum Ord. Minorum, pro
Familia Ultramontana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO
1727.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

301 ANNO
1727.

concessionis, extincionis, impositionis, Indul-
ti, decreti, declarationis, commissionis, man-
dati, & derogationis infringere, vel ei anfu te-
merario contrarie; si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei,
ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se-
noverit incursum.

Datum Setiæ Anno Incarnationis Dominicæ
Millesimo septingentesimo vicesimo septimo, sep-
timo Kalendas Junii Pontifici. Nostri Anno Tertio.

XXXVI.

Statuit ut Privilegia Ex- Provincialium, Præsen-
tatorum, Prædicatorum, vel Ex-Assistentium
generalium in Provincia Portugallie Eremita-
rum S. Augustini, juxta Ordinis instituta dein-
ceps concedantur.

Alia hujus Conf. ed. 1728. Jan. 1. P. 4. confirman-
tur universi privilegia eidem ordini alias concessa,
& Inn. XIII. Conf. ed. 1723. Sept. 20. P. 3. mo-
derata fuit Conf. Clem. XI. de voto FF. consan-
guineorum.

Dat. 14. Junii
1727. An. 4.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pacti exposi-
tio.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii
Prior Provincialis, & Definitores Portu-
gallie Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini,
quod cum nonnullis abhinc annis tot ejus-
dem Provincia Frates Privilégia Priorum Ex-
vincialium, Prætentatorum, & Prædicatorum ge-
neralium cum voto in Capitulis libri ab hac San-
cta Sede concedi obtinuerint, ut quinquaginta
novem vocales supra numerum inibi de præsen-
ti reperiatur, qui numerus habita ratione ad
familiam ejusdem Provinciæ, excessivus, ac ni-
mium onerosus dignoscitur; plures vero aliis Fra-
tres dictæ Provinciæ similia, ac etiam Exassis-
tentium Generalium privilegia, aliasque exem-
ptiones ab eadem sede impetrare nitantur, que
si concederentur, in grave ejusdem Provinciæ
damnum, ac cultus Divini detrimentum cederent,
multasque Capitulis Provincialibus dictæ Provinciæ
turbas, dissidia, atque dispendia adferrent, &
quia per emendata ab aliis Provinciæ præfata
Religiosi sibi bene affectis, & addictis testimonia,
qua interdum a veritate deviant, procurari solent,
fratres immeritos his privilegiis donari multo
contingat; Ipsi Exponentes, ne præ multitudine
gratiarum, & exemptionum hujusmodi statuta,
& guberniæ dictæ Provinciæ, illiusque Religiosa
tranquillitas perturbentur, ac cultus Divinus ini-
bi diminuatur, eisdem gratiis, & exemptioni-
bus aditum in posterum precludi, ac insuper ne
Religiosi ejusdem Provinciæ, qui suis literarum
studis illius decus, & splendore augeant, con-
digna laborum suorum merces ab aliis, qui debiti
qualitatibus destituti fuerint, præcipiatur, Magis-
teria in Sacra Theologia deinceps non aliter,
quam ad præscriptum Constitutionum ejusdem
Ordinis, auctoritate Apostolica confirmatarum,
& alternativa pro æquali inter duas filiationes in
dicta Provincia stabilitas partitione vigentis dis-
tribui plurimum desiderant; Nobis propterea
humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in premisso
opportune providere & ut infra indulgere, de
benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eorundem Exponentium vo-
tis hac in re quantum cum Domino possumus,
favorabiliter annuere volentes, eorumque sin-
gulares personas a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliasque Ecclesiastis-
cis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab
homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus
quomodolibet innodatae existunt ad effec-
tum præsentium dumtaxat consequendum ha-

rum serie absolventes, & absolutas fore censem-
tes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quo-
de cetero; nulla privilegia, exemptions, &
prærogativæ Expriorum Provincialium, Præsen-
tatorum Prædicatorum, vel Ex-Assistentium ge-
neralium, ac etiam dispensationes super tem-
pore lectura pro obtinenda Jubilazione contra, &
præter regularia eortimdem Ordinis, & Provin-
ciae instituta quibusvis dictæ Provinciæ Fratribus
concedantur, auctoritate Apostolica, tenore præ-
sentium statutus, & ordinamus, illaque, & il-
las per eosdem fratres etiam a Romano Pontifice
pro tempore existente, seu de sede præfata peti,
procurari, & obtineri, sub privationis vocis acti-
væ, & passivæ tam per eos, quam per alios Fra-
tres, seu Superioris dictæ Provinciæ qui Testimo-
nium ad illa, & illas petendum procurandum, &
impetrandum concederent, & relaxarent, ipso
facto absque alia declaratione, incurrienda pena
prohibemus; In Magisteriis vero Sacra Theolo-
giae in dicta Provincia distribuendis, illius fra-
trum merita, & labores semper, & rigorose at-
tendi, ac præfatorum ordinis, & Provinciæ Con-
stitutiones, necnon enarratam inter duas filiations
hujusmodi alternativam servari, eadem auctor-
itate harum serie præcipimus, & mandamus.

§. 3. Decernentes ipsas præfentes literas sem-
per firmas, validas, & efficaces existere, & fo-
re, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore quandocumque spectabit, in om-
nibus, & per omnia plenissime suffragari, &
ab illis respectiva inviolabiliter observari: Sicque
in premisso per quoscunque Judices ordinarios,
& Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostoli-
ci Auditores, judicari, & definiri debere; ac
irritum, & inane si fecus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari. Non obstantibus Constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon
præfatorum Ordinis, & Provinciæ, aliisve quibusvis,
etiam Juramento, Confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statu-
tis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, In-
dultis, & literis Apostolicis in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum
tenores præsentibus pro plene, & lufficenter ex-
pressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias
in suo robre permanuis ad præmissorum effec-
tum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo
Piscatoris die XIV. Junii MDCCXXVII. Pontifi-
catus nostri anno Quarto.

Immutatur aliqua in parte Constitutionis quædam
hujus Pontificis quoad suffragium Ministri
Provincialis, Custodis, & Definitorum Ordini-
nis Minorum, pro Familia Ultramontana.

Clem. XII. Conf. ed. 1730. Octob. 14. P. 1. mode-
rantur alia hujus Constitutiones pro iisdem Fra-
tribus edita.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

XXXVII.

Dat. 14. Junii
1727. An. 4.

§. 1. A lias nos per quamdam nostram con-
stitutionem, cuius initium est, Uni-
versalis Ecclesiæ regimini, quam non minus pro
pacero quem erga inclytum Fratrum Minorum
S. Francisci Ordinem gerimus devotionis, & cha-
ractatis affectu, quam ad antiquam Regularem
observiam in eo sartam, testamque tuendam,
& restituendam non ita pridem edidimus, inter
alia disponimus, quod in Definitoris, Congre-

Ab hoc eodem
Pontifice alias sta-
tutum fuit, ut
Ministri Pro-
vinciales, Cu-
stodes, & De-
finitorum di-
taxat Ordinis
Minorum voce
decisiva frui
deberent.

Causa præsentis Constitutionis; & preces Familiae Ultramontanae pro moderatione supradictæ Constitutionis.

gationibus, & Capitulis Provincialibus respetive corundem fratrum, tam de observantia, quam Reformatorum, Discalceatorum, Recollectorum, Tertiiorum, vel quocumque alio nomine nuncupatorum sub directione, ac gubernio Ministri Generalis dicti Ordinis degentium, soli deinceps Patres Definitorii cuiuslibet Provinciæ ad id electi nimur Minister Provincialis, Custos, & Definitores, qui numero quatuor esse solet voce consultiva, & decisiva uti, & frui deberent, prout in eadem nostra Constitutione, cuius tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & ad verbum inferto habent volumen uberioris continetur.

¶ 2. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Provincialium de observantia, Recollectorum, & Tertiæ Ordinis ejusdem sancti Francisci Familiae ultramontanae nobis nuper exponi fecerint, ex quadam propemodum necessaria hac tenus, apud eos servata, ac tam Capitulis generalibus ejusdem Ordinis, tum etiam Sedi Apostolicae, sicuti ex quibusdam fe. re. Urbanii PP. VIII. predecessoris nostri literis constare dicitur, probata consuetudine, in Difinitorii, Congregationibus, & Capitalis hujusmodi præter Ministrum Provincialis, Custodem, & quatuor Definitores præfatos, duo alii Fratres quo ad Provincias eorum de Observantia, & unus dumtaxat quoad illos Recollectorum, & Tertiæ Ordinis ad suffragium ferendum admitti consueverint, isque usus invulnerit, potissimum, ne in Difinitorii, Congregationibus, & Capitalis præfatis desint Religiosi in rebus ad eisdem Provincias pertinentibus versati, qui Officiales electos, ubi opus est, de illis edocere valeant, præsertim cum dictæ Provinciæ vastæ existant, ac Conventuum copia abundant, & ut plurimum iidem officiales recenter electi, debitam de ipsis Provinciis, earumque statu cognitionem non habeant. Nobis propterea expONENTES præfati humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶ 3. Nos igitur, qui Provincialum prædictarum bonum regimen, felicemque prôgressum, & tranquillitatem sinceris exoptatus affectibus hisce justis, & rationabilibus ex causis adducti, memoratam nostram Constitutionem in hac parte tantum declarare, ac moderari, ipsoisque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis profecti, qui volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodo libet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod in dictis Difinitorii, Congregationibus, & Capitulis Provincialibus Provincialium Fratrum de observantia, Recollectorum, & Tertiæ Ordinis Familiae ultramontanae, in quibus tamen antequam præfata nostra Constitutione emanaret, enarrata consuetudo vigebat, & non alias, ultra Ministrum Provincialis, Custodem, & quatuor Definitores prædictos, Exminister Provincialis immediatus, qui pro tempore officio suo perfunditus fuerit, votum sive suffragium, sicuti antea ferre & habere, ac quoad Provincias ipsorum fratrum de observantia præter eundem Exministrum Provincialis immediatum, ac in locum antiquioris Patris alius insuper Religiosus quolibet triennio a senioribus, seu antiquioribus Patribus cuiuslibet Provinciæ, qui inibi juxta eorum graduationem repertient, incipiendi ita scilicet, quod Patres Ordinis Exministros Provinciales actuales vero illos, qui habituales vocantur præcedant & si non adhuc Fratres his qualitatibus prædicti, etiam Lectores Jubilati, ac demum ii, qui ad ejusdem nostra Constitutione

tionis præscriptum subrogandi veniunt, accersantur, & admittantur similiter vocem habere, & ferre libere, licite, & valide possint, & valente auctoritate Apostolica harum serie concedimus, & permittimus.

¶ 4. Cum hoc tamen, quod ejusmodi Exminister Provincialis, ac alius Religiosus frater de observantia a Definitorii, Congregationibus, & capitulis præfatis per triennium, quo durante, illa ingredi nequeant, vacare teneantur, tametsi in illis ad quemvis gradum suarum Provincialium exacto dicto triennio deligi, seu in locum aliorum Patrum subrogari valeant, cum mens, & intentio nostra sit providere, ne istorum Exministri Provincialis, & alterius Religiosi suffragia sint perpetua, seu semper in gubernio persistant, ac propterea volumus, quod in sequenti Capitulo præter Exministrum Provincialis immediatum præfatum ita substituantur Antiquiores, & Seniores Patres in Provinciis Fratrum de observantia, ut supra dispositum fuit, quod si in uno Triennio Pater Ordinis vocem habuerint, sequenti triennio, nisi alius Pater Ordinis, sive actualis, sive habitualis adfuerit Pater Provincie succedere debeat, servato semper ordine in subrogationibus hujusmodi per Nos in memorata nostra Constitutione præscripto.

¶ 5. Non obstantibus quoad ea, qua præsentibus sunt contraria, nostra præfata, & quibusvis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in eadem nostra Constitutione concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibusvisunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIV. Junii MDCCXXVII. Pontificatus nostri anno Quarto.

Declaratio
nes quadam

Clauſule de
rogatoriz.

CXXXVIII.

Confirmantur Literæ Martini V. pro Fratribus B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum emanatae, super facultate libere petendi subfida charitativa pro Captivorum redemtione.

Prædicta Martini V. Conf. hic inserta ed. est 1418. Jun. 29. P. 2. & alia hujus Conf. ed. 1727. Aug. 21. P. 4. confirmantur quadam decretâ pro bono regimine Provincialium Hispania.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis caelestis Apostolice servitutis munere illa, que a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris favore Religiosorum Ordinum quorūcumque, illorum præsertim, qui sub peculiari Gloriosissima Dei Genitricis Mariae Vexillo assidue Altissimo famulantes, Christifideles in tetrica Infidelium captivitate constitutos, iuxta laudabilia eorum Instituta redimere consueverunt, pie, provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennent, Apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id a Nobis peccit libenter constabilius.

¶ 1. Dudum siquidem fe. re. Martinus Papa V. Prædecessor Noster Magistro Generali, ac fratribus pro tempore existentibus Ordinis Beatae Marie de Mercede Redemptionis Captivorum induit, ut ipsis Ordinis Fratres, & Nuntii, qui pro charitativis eleemosynarum subfidiis ad opus Redemptionis eorumdem Captivorum procurandum, & alia prædicti Ordini pro tempore incumbentia onera supportanda petendi in Regionum Aragonie, Francie, Cafellæ, Portugallie, & Navarræ Provincias, & Comitatum Provincie, aliasque partes mittebantur, charitativa subfida hujusmodi absque ulla contradictione, & difficultate inibi libere petere valerent, utque locorum Diœcesani, eorumque Officiales, & Religiosi

Dat. 14. Junii
1727. Ann. 4.

Exordium.

A Martino V.
prædicti Ordinis Fratris
facultate
ubique pe-
tendi chari-
tativa sub-
fida pro Re-
demtione
Captivorum
concessa fuit.

exempti,